



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XCI. Ioannis Papae VIII. Ad Angelbergam Avgvstam. Scribit in anniuersario die Ludouici eius viri sacra eo se facturum. rogat vt in sui defensione perseueret; & Synodum Trecis se habiturum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

pro pacis & unitatis tranquillitatisque omnium Dei ecclesiarum negotio ; primo venimus , quo vos quatuor reges unum legitimumque velle , annuente Deo , nihilo minus faciamus , vt Psalmista cecinit : *Ecce quam bonum & quam iucundum est habitare fratres in unum* , & reliqua . Dehinc volumus vt ita conuenti nostras oppressiones audire compatiamini . Quapropter , fili carissime , quoniam te

Psal. 131.

† Deest alii quid.

valde illuxit † . Data vt supra .

## EPISTOLA XCI.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANGELBERGAM AVGUSTAM.

Scribit in anniversario die Ludouici eius viri sacra pro eo se facturum . rogat vt in sui defensione perseueret ; & Synodus Trecis se habiturum significat .

*Dilectæ filiæ Angelbergæ imperatrici diuæ memorie quondam domni Ludouici piissimi imperatoris coniugi .*

**Q**VIA intimasti pontificio nostro anniversalem magnæ recordationis domni Ludouici imperatoris fieri , & vt pro eo proprias orationes celebraremus rogasti ; gaudemus , & impigre suo pro merito modis omnibus faciemus . Ceterum rogamus , vt , ceu haec tenus in nostris fuisstis solicita , haud secus & nunc & perpetuo esse , pro vt credimus , non differatis : quatenus vestro labore vel troque consulto cito ad propriam sedem , vt congruit , cum gaudio per merita apostolorum principum reuerti mereamur . Porro vos scire cupimus quia apud Trecas in Kalendis Augusti una cum rege Ludouico imperatoris Caroli filio , & cum universis Galliæ episcopis Synodus vniuersalem celebrabimus : dehinc Carolomannum regem , suosque germanos alloquemur , vt pari omnium consilio consolationem nostræ ecclesiæ reperiamus .